

Tabulka 1

## Novozákonní předloha QUEM QUERITIS

MATOUŠ 28, 2 - 8	MAREK 16, 5-7	LUKÁŠ 24, 4-6
<p>Angelus enim Domini descendit de coelo, et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, et vestimentum eius sicut nix. Prae timore autem eius exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus dixit mulieribus :</p> <p>Nolite timere vos, <b>scito enim, quod</b> Jesum, qui crucifixus est, <b>quaeritis. Non est hic, surrexit enim, sicut dixit:</b></p> <p><b>venite et videte locum, ubi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit.</b> Et ecce praecedit vos in Galileam, ibi eum videbitis, ecce, praedixi vobis. Et exterrunt cito de monumento cum timore et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius.</p>	<p>Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris coopertum stola candida, et obstupuerunt. Qui dicit illis:</p> <p>Nolite expavescere; <b>Jesum quaeritis Nazarenum, crucifixum; surrexit, non est hic;</b> ecce locus, ubi posuerunt eum.</p> <p>Sed ite, <b>dicite discipulis eius,</b> et Petro, quia praecedit vos in Galileam; ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.</p>	<p>Et factum est, dum mente consternatae essent de isto, ecce, duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas:</p> <p><b>Quid quaeritis</b> viventem cum mortuis? <b>Non est hic, sed surrexit;</b> recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilea esset.</p>